

גדולה אמרו שלשה דברים הוּו מתונים ברין והעמידו תלמידים הרבה:
 וְעָשׂוּ כִּיּוֹג לַתּוֹרָה: *uiri Synagogae magnae dixerunt tria uerba; Sitis tar-*
di in iudicio, constituatis discipulos multos, et legi faciatis sepem. Tribus his-
 ce regulis, si BARTENORIO b) fides non deneganda est, uniuersae
 legis, e ueterum Hebraeorum sententia, obseruatio continetur. Maximi
 uero momenti praecipue prima est sententia prae duabus, haec enim il-
 lis, FAGIO, c) LEVSDENO, d) MAIMONIDE, e) et
 OBADIA

b) l. c. hic uir in egregio suo commentario in *Capitula Patrum* sequentia
 profert: הַם אָמְרוּ שְׁלֹשָׁה דְבָרִים הַרְבֵּה דְבָרִים אָמְרוּ אֱלֹהִים
 שְׁלֹשָׁה דְבָרִים הִלְלוּ אָמְרוּ בְּהֵן שִׁישׁ בְּהֵם קִיּוֹם הַתּוֹרָה
Hi, id est, uiri Synagogae magnae dixerunt tres res uel tria uerba, fecerunt
quidem uerba de plurimis rebus, sed haec tria uerba potissimum dixerunt,
quia in illis continetur obligatio seu obseruatio legis.

c) FAGIVS in commentario in eundem *Tractatum de Patribus* uerba: *esto-*
te moram trahentes in iudicio non inepte hoc modo illustrat: monent,
inquit, non esse praecipitandam sententiam, sed omnia diligenter discutienda,
donec ueritas eluceat et nemini fiat iniuria.

d) Hic in literatura Ebraica uersatissimus uir in libro suo, quem in supra ci-
 ratum *codicem פרקי אבות* uocatum commentatus est, FAGIVM
 non solum magnis extulit laudibus, sed et se ipsum uestigia FAGI
 in huius sententiae expositione secutum esse lubentissime fatetur, de
 uerbis: הוּו מתונין ברין *estote tardi in iudicio* ita scribens:
 FAGIVS transfert *estote moram trahentes in iudicio, i. e. iudicia ne*
fiant cito, sed omnia prius diligenter discutiantur, donec ueritas eluceat:
nam ut PUBLIVS ait: ad poenitendum properat, qui cito iudicat.
 מתון *est tardus, lentus, a מתן expectare, morari, tardare.* FAGIVS
 olim ante seculum, ni fallor hunc tractatum transtulit, et egregio commen-
 tario illustrauit, qui me multum in hoc opere iuuat.

e) Videantur, si placet, ea, quae R. MOSES BEN MAIMON non ine-
 leganter hac de re differit: הוּו מתונים ברין שיאחרו לחתור

הדין